Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

De formica

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Pellicanus nimis amat filios suos qui cum creuerint
recesserunt percuciunt patrem suum in faciem Ille autem
repercuciendo occidit eos Deinde rostro proprio aperit
latus suum et fundit sanguinem suum super corpora ipsorum
Et sic tercio die resuscitantur Sic et dominus noster quos
condidit dilexit Ipsi autem percusserunt eum qui doctrinam
eius filii recipere noluerunt quare in alia ... erant
Sed deus pro sua misericordia filius suus ihesus christus ...
tenens lignum apertoque latere eius exiuit sanguis et aqua
in redempcionem nostram Sicque die tercia resurrexit
Sic tu ipso a morte anime resurgamus etc.

Formica est quedam natalis(?) prima est quod semper iusto
modo regreditur et non ... Secunda est quod primus in
estate operatur ut in hyeme fiat servata cibo corporis 1ª
Unde Salomon Usque quo piger dormis surge a sompno 2ª
et vade disce sapienciam a formica que nullo duce
cogente non cessat in estate laborare Ita tu
homo quamdiu viuis in terra non cesses bene facere et
si non vis in estate laborare in terra quamdiu viuis
tunc veniet tibi hyemps idest mors quando
nemo potest operari et quid tunc comedis in hyeme
ergo quia in estate piger fuisti certe inde non ditabis
et nichil dabit tibi Sicut quidam virgines fatue men
dicauerunt a sponso apericionem ianue et non obti
nuerunt et diues guttam aque lazaro et non ob
tinuit eam Unde Salomon Qui non serit in estate idest
in hac vita mendicabit in hyeme idest in nouissimo
die et nichil dabitur ei Item Tercia natura est quod granum 3
quod colligit in foramen diuidit ea in duas partes ne
forte in hyeme pluuia superueniente profundetur
et putrescat et ipsa fame pereat Ita homo debet gra
na diuidere idest sacram scripturam in duas partes idest
secundum literam intellectum spiritualem et temporalem
ut possit scire quid est huius mundi gloria et celestis
et apprehendat celeste et non mundana Item Quarta natura est &
eius quod cum vadit ad messem sentit odorem ordei
ordeacia dimittit eam et accipiens granum curr
it ad cameram suam et statim ab alio recedat Sic
tu homo debes fugere ordeum idest omnia mala verba
et facta et triticum colligere idest verba diuina et
facta que anime tue proficiunt Sicut libri sanctorum corda

fidelium Ita ierusalem in terra servatur et merito ie-
rusalem intelligitur sacra scriptura per lucernam in-
tellige memoriam fieri mente hominis quod geru
observat per pluviam intellige vitam caritatem ho-
minis que non est prius cordis etc.
Quatuor sunt rationes scripture vel quatuor modis
exponitur scilicet hystoria que res gestas loquitur ut
sunt geste allegoria in qua aliud ex alio intelligitur
tropologia id est moralis locutio in qua de moribus or-
dinandis tractatur Anagogia id est spiritualis vita intel-
ligitur per quam per inferiora ad superiora ducimur et
his iiii^or modis quasi in quibusdam rotis tota divina
pagina volvitur verbi gratia hierusalem secundum hysto-
riam est civitas allegorice ecclesiam signat secundum tro-
pologiam signat animam cuiuslibet fidelis que pacem eternam
anhelat secundum vero anagogiam signat celestem
vitam Unde versus Gesta dat hystoria quid credas
allegoria Moralis quid agas quo speres anagogia
Crux christi construebatur ex quatuor lignis unde versus
Crux christi palma cedri cypressus oliva Cedrus
erat pes crucis cypressus longitudo palma lati-
tudo oliva tabulatorium in qua scribitur ihesus naza-
renus rex iudeorum Cedrus est arbor alta et natura
eius est quod non putrescit in terra nec in aqua et ideo
fecerunt pedem crucis ex cedro estimantes eum numquam
deponendum sed semper affixum Cypressus est odorifera
calidam habet naturam colore habet rubeum et quia odori-
fera est ideo fecerunt longam crucem ex cypresso quod non
sentirent putredinem crucifixi transeuntes Palma
est signum victorie sicut legitur in veteri testamento
quod si quis cepit victoriam de hostibus laureari debet
cum palma Sic ipsi putabant christum regem superasse ideo
ponebant palmam super crucem platitudine Oliva est signum
pacis Genesis et columba veniens est in archa Tunc
credebant quod pax esset inter deum et homines Ita puta-
bant quod pax esset firmata in terris quando ipsi cru-
cifixerunt christum Et ideo fecerunt tabulatorium ex oliva
ad signum pacis Unde versus In cruce pes cedrus stipes
est cypressus oliva sunt tituli tabula transversa pal-
ma dedit etc.
Dominus misit Gad prophetam ad David ut tres supplicii

cicatrices